

Serpylli,
 Calaminthæ, } añ Manipulum vnum.
 Hyssopi,
 Rutæ,
 Centaurij minoris, } añ Manipulum dimidium.
 Stichadis,
 Radicum polypodij, vnciam dimidiata.
 Agarici optimi, drachmas tres.
 Pulpæ colocynthidis, drachmam vnam.
 Coquantur ad tertias.
 Rx. Iuris decocti, vncias quindecim.
 Hieræ pícræ, } añ vnciam dimidiata.
 Benedictæ laxatiuæ,
 Antidotæ Indi, } añ drachmas duas & dimidiata.
 Diaphœnicon,
 Mellis rōfacei colo transfusi, vnciam vnam.
 Oleorum laurini, } añ vnciam vnam & dimidiata.
 Rutacei,
 Salis fossilis saxei, drachmam vnam & dimidiata.
 Commixtis omnibus, fiat enema,

Nutriens.

E decocto pulli, capi, lacte recens multo, ē cremore ptisanæ, in quibus ora
sorbilia seu tremula dissoluuntur. Neq; mel quod deterget, neq; sal, qui ad ex-
cretionem irritat, neq; oleum, quod lubricet aluum, adjicendum.

Pluribus exemplis opus esse minime arbitror, quod illa, si qui complura de-
siderent, ē nostris de Medendi ratione libris peti possint. Injiciendi clysteres *Tempus in i-*
tempus nullum est certum aut constitutum, modò duabus aut tribus horis, ciendi cly-
aut longius à cibis sumptis adhibeantur. Detinendi etiam tempus non vnum, steres.
idemq; est in omnibus clysteribus, sed pro corundem diuersitate variatur. Detinendi,
Quibus enim abluendi & extergendi vis inest, hi supra horæ dimidiata par-
tem in corpore haud retineantur. Dolores mitigantes, & tormina placentes,
longiori tempore, extra scilicet vnius horæ spaciū, detinere debent. Omni-
um longissimo, quibus glutinandi facultas inest, ut sunt qui in dysenteria inji-
ciuntur. Qui purgandi facultatem habent, sua sponte, magna ex parte, erum-
punt. Quod si diutius quam par sit in corpore cunctantur, glandem suppone-
re conuenit, ut scilicet excretoria facultas excitata, noxia tandem cum medica-
mentis expellat.

DE COLLYRIIS.

Caput XXI.

Collyria Latinis medicamenta vocantur quæ oculis induuntur ac instillan-
tur. Græcis κόλλυρια nomi-
nuntur. Duū autem sunt generum. Quædam
enim liquida sunt: & hæc priuatim hodie ab ijs qui medicinam faciunt, Colly-
ria appellantur. Quædam vero arida, quæ hodie barbara voce Sieff ijsdem vo-
cantur. Græci priora ιγρονομούσαι, posteriora εκρονομούσαι nuncupant. Atque
hæc quidem pyramidis ferè formam accipiunt, & arida insufflantur. Pauca e-
ius generis hodie in officinis parata inueniuntur. Cæterum materia collyrio-
rum, ē quæ componuntur, varia est. Nam succi, liquoris, semina, fructus, plan-
tarum partes, & metallica, ijs inseruntur, quæ pro affectuum magnitudine va-
riantur. Utimur enim ijs in oculorum diuersis morbis, ulceribus, vulneri-
bus, k iij bus,

Collyria.
Genera.
Liquida.
Arida.
Sieff.

Materia col-
lyriorum.

Vfus.

bus, fistulis, suffusionibus, & id genus alijs. Hinc est, quod interdum ijs adjectamus ea quibus extergendi facultas inest: nunc, quibus acris: iam vero ad strigentia, aliquando etiam discussio permiscemus: quorum omnium copiam suppeditat Galenus lib. quarto de Compositione medicamentorum localium, cap. quarto, & Paulus in septimo, cap. decimo sexto. Porro collyria, quibus reprimendi aut sedandi dolorem vis inest, in liquore aliquo stillaticio conuenienti diluuntur, atque adeo oculis instillantur, aut linamenti specie admouentur. Quae vero vrendivim obtinent, haec vnguentis, pinguedinibus, oleis & admixta adhibent. Si qua collyria arida in officinis ad usum retinentur, haec trita, & in cote leuigata, inq[ue] tenuissimum pollinem redacta, aliquo stillaticio liquore dissoluta instillantur. Ultra vero vnam aut alteram guttam oculis instillare haud oportet. Sed è formulis quae diximus, clariora euident.

I. Reprimens.

R. Collyrij albiaridi, in cote leuigati, drachmas duas.

Stillaticij liquoris rosacei, } a n vnciam vnam & dimidiam.
Plantaginis,

Commixtis omnibus, singatur Collyrium liquidum.

II.

R. Stillaticij liquoris plantaginis,

Rosarum, } a n vnciam vnam,
Poligoni,

Collyrij è glaucio, drachmam vnam.

Rolis, drachmam dimidiam.

Cerussæ elotæ, } a n scrupulum vnum.
Boliarmeni,

Opij, grana tria.

Croci, grana duo.

Commixtis inter se omnibus, formetur Collyrium liquidum.

III. Dolorem sedans.

R. Cerussæ decies in stillaticio rosarum liquore elotæ, drachmam vnam.
Sarcocollæ, scrupulos duos.

Amyli, } a n scrupulum vnum.
Tragacanthæ,

Opij, grana quatuor.

Omnia leuigata, & succo foenigræcæ excepta in collyria digerantur arida.

IV. Constringens.

R. Collyrij è glaucio, drachmas sex.

Aloes, } a n drachmam vnam.
Acacia,

Licij, } a n scrupulum vnum.
Boli armeni,

Gummæ arabici, drachmam vnam & dimidiam.

Tritis omnibus, acydoniorum succo commixtis, informentur collyria.

V. Discutiens.

R. Liquoris stillaticij rosarum,

Fœniculi,

Chelidonij maioris, } a n vnciam vnam.

Euphragiae,

Vini optimi, vnciam vnam & dimidiam.

Aloes, drachmam vnam.

Pompholygis lotæ, drachmam vnam & dimidiam.

Sign.

Sagapeni, drachmam vnam.
Sacchari, vnciam dimidiam.
Commixtis omnibus, fiat collyrium líquidum.

VI.

R. Collyrij viridis, drachmas duas.
Auripigmenti, } añ grana tria.
Mercurij sublimati, }
Vnguenti ægyptiaci, vnciam dimidiam.
Dialtheæ, vnciam vnam.
Permixtis omnibus, fiat vnguentum.

DE GARGARIZATV.

Caput XXII.

GArgarizatus varijs componitur modis. Iam enim ex stillaticijs stirpium liquoribus, nunc verò ex iure decoctorum. His verò pro diuersitate affectus Diæmoron, succi medicati è ripes, & ex Berberi diacaryon, mel rosaceum, serapia, hiera pícta, & id genus alia permiscentur. Priora quatuor tum maxime adiiciuntur, quum reprimendi indicatio adest. Mel rosaceum, quum extergendi, aut discutiendi. Hiera pícta, vbì e capite & eius partibus aliquid elicere studemus. Cæterum nullum in componendis gargarismis, certum & præscriptum pondus obseruatur. Quanquam non desunt, qui religiose contendunt liquorum pondus simplo Antidotorum, succorum medicatorum, & serapiorum debere respondere. Ut si verbí gratia, serapiorum, & antidotorum, item succorum medicatorum sint vnciae duæ, liquorum admiscent vncias sex. Verum in gargarismis componendis hac superstítiosa obseruatione non est opus. Nos rescriptorum quorundam exempla subiiciemus. Quorum

I.

R. Liquoris stillaticijs rofarum, } añ vnciam vnam & dimidiam,
Plantaginis, }
Oxalidis, }
Lactucæ, } añ vnciam vnam.
Fragariae, }
Prunellæ, vnciam vnam & dimidiam.
Solani, vnciam vnam.
Nymphææ, vnciam dimidiam.
Diæmoron, drachmas septem.
Succi medicati è ripes, } añ drachmas sex,
Ex berberi, }
Serapij è papauere, vnciam dimidiam.
Succi fragorum, vncias tres.
Aceti optimi, vnciam dimidiam.
Permixtis omnibus, informetur gargarizatus.

II.

R. Plantaginis, }
Prunellæ, }
Fragariae, } añ Manipulum vnum,
Polygoni, }
Oxalidis, }
Saluifæ, }
Rosarum rubearum, Manipulum dimidium,

Galla

Gallarum, } añ vnciam vnam.
 Calycolorum glandium, }
 Rhois obsoniorum, } añ drachmam vnam & dimidiam.
 Balaustiorum, }
 Radicis symphyti maioris, vnciam dimidiam.
 Coquantur in aqua fontana iusta quantitatis ad tertias, dein colo transfundantur, & iuri decocti adjiciantur

Diacaryon, }
 Diamoron, } añ vnciam vnam & dimidiam.
 Serapij myrtini, }
 Aluminis liquidis, drachmam vnam.
 Buliant denuò, fiatq; gargarizatus.

III.

R. Maioranæ,
 Origani, }
 Serpylli, } añ Manipulum vnum.
 Betonicæ,
 Salviae,
 Carpeliorum, } añ drachmam vnam.
 Piperis longi, }
 Pyrethri, } añ drachmam dimidiam.
 Zingiberis, }

Coquantur in libra vna aquæ, tantisper dum tertia pars absument: colo transfundantur, & iuri decocti adjiciantur

Mellis rosacei colo transfusi, vnciam vnam & dimidiam.

Oxymelitis scillitici, vnciam vnam.

Commixtis omnibus, fingatur gargarismus.

IV.

R. Hieræ picræ, vnciam dimidiam.
 Oxymelitis scillitici, vncias duas.
 Liquoris stillaticij hyssopi, }
 Betonicæ, } añ vnciam vnam & dimidiam.
 Origani,

Commisceantur, formetur q; gargarismus.

Exempla plura alia medendi nostra ratio tibi suppeditabit.

Vsus gargarismi. Cæterum in vsu gargarismorum obseruandum vnicè erit, ut tepida quadam qualitate præditæ, oriadmoventur: exceptis tamen ijs, qui in destillationibus capitum, ex tenuibus & acribus humoribus ortis, usurpantur. Siquidem illos, quò scilicet fluxio sistatur, frigidos esse decet.

DE DENTIFRICIIS.

Caput XXIII.

Dentifricia.
Vsus.

Compositio-
nis ratio.

Entifricia, quæ Græcis δούτοτεματα dicuntur, ad diuersos vsus varia à medicis componuntur. Sic autem, cur appellata sint, vsus eorundem fatis docet. Siquidem ijs maxime in expoliendis, extergendis, & stabilendis dentibus vtuntur medici, ea illis affricantes. Interdum etiam refrigeratis, & dolentibus dentibus, gingivisq; laxis admouentur. Item ad parulidas, omniaq; oris, & gingivarum potissimum vitia, vt liquet ex ijs quæ traduntur à Galeno libro quinto, de Compositione medicamentorum localium capite ultimo, adhibentur. Cæterum triplici ferè forma hodie componuntur dentifricia.

fricia. Aut enim in tenuissimum puluillum redacta dentibus affricantur. Aut adiectis liquoribus aliquot, cum ipsisdem dentes eluuntur. Aut in linimentum formam digesta, dentibus circumlinuntur: id quod e formulis subiiciendis fiet manifestissimum.

I.

- | | |
|---|---------------------------------|
| R. Nitri, | }, añ drachmas duas. |
| Aluminis, | }, añ drachmas duas. |
| Myrrhae, | drachmam vnam. |
| Radicis iridis illyricae, | }, añ drachmam vnam & dimidiam. |
| Cornu ceruinivsti, | }, añ drachmam vnam & dimidiam. |
| Thuris, | |
| Salis vulgaris tosti, | drachmam vnam. |
| Piperis, | }, añ drachmam dimidiam. |
| Pyrethri, | |
| Aristolochiae rotundae, | }, añ scrupulos duos. |
| Menthæ aridæ, | |
| Testarum sepiæ, | }, añ drachmas duas. |
| Pumicis, | |
| Tusis & cibratis singulis, fiat dentifricium. | |

II.

- | | |
|--|-------------------------------|
| R. Liquoris stillaticij menthæ, | |
| Origani, | |
| Saluiae, | |
| Abrotoni, | }, añ vncias tres & dimidiam. |
| Hyssopi, | |
| Apij, | |
| Aluminis scissilis assati, & vino austero extincti, | drachmas duas. |
| Nitri, drachmam vnam & dimidiam. | |
| Salis assi, drachmas duas. | |
| Commixta sex horis simul perstent, & subinde igni admota per vasculum, | |
| quod Alembicum nominant, stillent: liquorque ad usum seruetur in vitro vase. | |

III.

- | | |
|---|---------------------------------|
| R. Gallarum, | |
| Putaminum malipunici dulcis, | }, añ drachmam vnam & dimidiam. |
| Rosarum purpurearum, | drachmas duas. |
| Aluminis scissilis, | drachmam vnam. |
| Sanguinis draconis, | drachmam vnam & dimidiam. |
| Thuris, drachmas duas. | |
| Balaustiorum, | }, añ scrupulos duos. |
| Myrrhae, | |
| Trita & cibrata excipiuntur oxyelite scillitico, & usu exigente ad stabili- | |
| tendos dentes & gingivias firmandas illinuntur. | |

DE PESSIS.

Caput XXIIII.

Pessum Græcis, Paulo & Aëtio testibus, lana est concerpta, & ad digitum formam rotunda, longitudine, ut plurimū, octo digitorū, qua medicamenta excipiuntur, ac genitalibus mulierū partibus induuntur. Latini, instar Græcorum, id genus medicamenti Pessum appellat. Qui hodie factitant medicinā, bar Pessus. barā voce Pessarium vocant. Quanquam sunt qui hac voce, non sine magna re- Pessarium, rum

rum confusione, pro clystere vteri abutuntur, quum tamen Græcis peculiariſ
nomine μητρεγχίται vocentur, quarum vſus eſt ad menses aut mouendos, aut
ſiſtendos. Item ad tumores diſcutiendos vteri, aut ſolutiones coninui perfa-
nandas. Cōſtat metrarchytes ex vnc. ſex aut oſto liquorum Aridorū & in pul-
uerē tritorum, vnc. dimidia. In iſcitur ſomni tempore. Retineſ horis quīnc̄ aut
ſex. Nascalia verò, barbariſimo ac ineptiſſimo vocabulo, quos græci & latini
Peffos, illi appellant. Porro generales Pefforū diſtinguita tres exiſtunt. Alij ſi-
quidem emolliunt, alij adſtrungunt, alij aperiunt. Emollientes, vteri phlegmo-
nibus, exulcerationibus, refrigerationibus, ſuffocationibus, auerſionibus, &
inflationibus accomodantur. Fiunt ex cera, oleis, pinguedinibus anſeris aut
gallinæ, butyro ſalī ſexepte, resina, medulla ceruīna, fœnogræco, & ſimi-
bus. Aperientibus vitimur, quum ſuppreffos menſes reuocare, aut vterum co-
niuentem, compressumue emendare ſtudemus. Parantur autem hi Peffi ex
melle, artemiſia, dictamno brassica, glycyrrhiza, ſucco rutæ, porro, ſabina, &
id genus alij. Adſtrigentes, contrarium aperientibus vſum præbent. Quip-
pe muliebrem fluxum cohibent, & apertū laxumue vterum contrahunt, pro-
lapſumq̄ reprimunt, atq̄ propulsant. Materia verò adſtrigentium ē libro pri-
mo huius Operis petenda venit. Cæterū, quod etiam ad Pefforum compo-
ſitionem attinet, non ſemper, hodie preſertim, lana excepta medicamenta vtero
induntur: ſed non nunquam aptis liquoribus, gummi melle perfecte cocto, aut
cera, aut resini additis, ad formam paulo ante dictam coacta vteri ceruici intru-
duntur. Hæcautem ita magna ex parte miſcentur, ut ad vnciam ceræ, aut mel-
lis perfecte cocti, adiiciatur medicamentorum ac ſpecierum morbo congru-
entium vnciavna. Quanquam præstat hæc componentis induſtria & arbitrio
relinquere. Interdum medicamenta ipſa probè ſubacta, ſericoq̄ aut tenuiſimo
linteo obducta, vtero ſubiſciuntur. Non tamen negligendū erit, quin pefſiſ-
ſum prælongum habeant appenſum, quo facile, vbi viſum fuerit, aut neceſitas
poſtulauerit, extrahi poſſint. Nunc aliquot Pefforum exempla ſubiſciemus.

I.

*Emollient
peffos.*

R. Butyri ſalis expertis, drachmas tres.

Oefypi, drachmas duas.

Medullæ ceruinæ,

Adipis anſerini, } añ drachmam vnam & dimidiā.

Gallinæ,

Seminis lini, } añ drachmas duas.

Fœnogræci,

Meliloti, drachmam vnam.

Masticis, drachmam vnam & dimidiā.

Ouorum lutea tria.

Oleorum rosacei, } añ vnciam dimidiā.

Irini,

Ceræ, quod ſatis eſt ad crassitudinem iuſtam inducendam. Dein lana dupli-
cata & contorta, hoc medicamento imbuta vtero ſubiſciatur.

II.

*Menses elici-
ens peffos.*

R. Artemiſia,

Abrotoni, } añ drachmas duas.

Dictamni,

Radicum acori veri, } añ drachmas tres.

Rubiæ,

Seminis nigellæ, drachmam vnam & dimidiā.

Baccarum lauri, vnciam dimidiā.

Rute

Rutæ aridæ, drachmam vnam.

Sabinæ, scrupulos duos.

Castorij, scrupulum vnum

Myrrhæ, } añ drachmam vnam & dimidiam.
Styracis liquidi,

Sagapeni, } añ drachmam vnam.
Ladanij,

Tusis & cibratis ijs quæ opus est, mellis quod satis est, vt in coalitum crassorem & vnitatem coeant, adiiciatur: & vbi vslus postulat, fингantur pessi, qui vuluæ indantur.

III.

R. Cornu ceruini vstii, } añ drachmas duas.
Thuris masculi,

Sanguinis draconis,

Gallæ immaturæ, } añ drachmam vnam & dimidiam.

Balaustiorum,

Rosarum purpurearum, drachmas duas.

Acaciæ,

Hypocistidis, } añ drachmam vnam.

Mastiches,

Boli armenij, scrupulos duos.

Radicis symphyti maioris, } añ drachmam vnam & dimidiam.

Bistortæ,

Adstringens.

Trita in pollinem leuissimum succo plantaginis, & oleo rosaceo, quod satis est, excipiuntur, & linteolis pessorum, quantitate illigata, in mulieris pudendum inserantur.

Iam aliquot clysterum vteri paradigmata adiiciemus.

I. *Menses eliciens.*

R. Juris decocti artemisiae, vncias tres.

Oleorum liliacei,

Irini, } añ vnciam vnam.

Laurini,

Myrrhæ, } añ drachmam vnam & dimidiam.

Sagapeni,

Castorij, scrupulum vnum.

Commixtis omnibus, fiat metrenchytæ.

II. *Adstringens.*

R. Succi plantaginis, } añ vncias duas & dimidiam.

Oxalidis,

Oleorum myrthini, } añ vnciam vnam & dimidiam.

Masticchini,

Succini albi,

Thuris,

Boli armenij, scrupulum vnum.

Pastillorum espodio,

Terra Lemnia, } añ drachmam vnam.

Tritis prius, ijs quæ opus est, commisceantur, fiat cyp metrenchytæ.

III.

R. Origani,

Salviae,

Sampsuchi,

} añ Manipulum vnum.

Chamæ-

Chamaedryos, aī Manipulum vnum.

Seminis fœniculi,
Petroselini,
Dauci,
Anisi,

Decoquantur in sufficiētia aquæ quantitate vscp ad medietatis cōsumptionem.
12. Iuris decocti colo transfusi, vncias sex.

Olei trini,
Rutæ,

Styracis drachmam vnam & dimidiam.
Commisceantur, & fiat metrarchytes.

*Tempus
pendit.*

Pessi vesperi, & dum somni appetit tempus, subiisciendi maxime veniunt:
& sexaut septem horis in utero dimittuntur, ac dein extrahuntur. Eodem quoque tempore clysteres utero infundi debent, totidemq; horis detineri. Necesse enim est quiete & decubitus: nisi velis ut statim quæ iniecta sunt, rursus effluent. Qui plura exempla desiderat, is medendirationem nostram accedat.

DE ERRHINIS.

Caput XXV.

*Errhino.
Nasalia.*

*Caput purga-
gia.*

Est Græci vocant, quæ in oblongam ac pyramidis formam coacta, naribus ut cerebrum à pituitosis purgent humoribus induntur. Vulgus medicorum Nasalia vocat. Sed non solum quæ hac forma naribus induntur, hoc nomine appellant, sed & ea quæ illis infunduntur, aut illinuntur liquida. Qui hodie medicinam faciunt, nomine ab ipsis confecto, Caputpurgia, à purgando capite sic dicta, appellant. Cæterum errhina quæ pyramidis formam, ac filum sibi, ut pro arbitrio extrahi queant, alligatum habent, ex medicamentorum huic instituto seruientium speciebus, ut ex rescriptis patebit, liquore aliquo, aut adipe, & exigua cera exceptis cōponuntur: ad hunc quidem modum,

12. Maioranæ,
Saluiæ,

Piperis albi,
Nigellæ,

Carpesiorum,

Caryophyllorum,
Nucis moschatae,

Pyrethri,

Ellebori albi, drachmam vnam.

Castorij, scrupulum vnum.

Tusa, & in pollinem redacta, terebinthina resina & modica cera excipientur, fingantur q; errhina, pyramidis formam referentia.

Porrò liquida quæ naribus infunduntur, aut illinuntur, è succis herbarum, betæ nimirum, cyclamini, brassicæ, maioranæ, anagallidis, cæruleum habentis florem, & foliorum inulæ, ac liquoribus ijs similibus: item oleis, & speciebus medicamentorum paulo ante commemoratorum, nempe piperis, pyrethri, nitri, struthij, nigellæ, marrubij, castorij, ellebori albi, & horum similiis, componuntur, in eum qui sequitur modum.

I.

12. Succibetæ,
Cyclamini,
Brassicæ,

scrupulus.

Commis-

Commisceantur, & naribus infundantur.

II.

R. Succi foliorum cucumeris sylvestris, vnciam dimidiari.

Betae, vnciam vnam & dimidiām.

Liquoris stillaticej maioranæ, vncias duas.

Carpesiorum,

Nigellæ, } añ scrupulum vnum.

Piperis albi,

Tritis ijs quæ opus est, permisceantur, & naribus infundantur.

Cæterū qui iam dictis liquidis errhinis vtuntur, admonendī sunt, vt os aqua compleant, ne scilicet ē naribus per meatus in os perfluant succi & liquores: caputq; in posteriora reclinandum. Satis autem erit vna vice semunciam succorum infundisse. Nunc exemplum errhini, quod naribus illinitur, subiiciemus: quod

R. Radicis cucumeris sylvestris, scrupulum vnum.

Piperis albi,

Myrræ, } añ scrupulos duos.

Nigellæ,

Struthij, scrupulum dimidium.

Trita & contusa excipiuntur oleo irino, aut de piperibus, quod sati est, vt ad vnguenti consistentiam redigantur: & ijs nares illinantur, & ab ægro sursum trahantur.

Errhinorum autem usus est in diuturnis capitis affectibus, præsertim morbo comitali, oculorum hebetudinibus, narium obstructionibus, odoratus difficultate, conuulsione cynica, & regio morbo.

DE STERNUTAMENTIS.

Caput XXVI.

Medicamenta, quæ Græcis πταιμα, Latinis sternutamenta siue sternutatoria nominantur, eiusdem fere sunt generis cum errhinis, quod ex iisdem medicamentis conficiantur: nempe elleboro albo, struthio, piper, castorio, cyclamino, euphorbio, nîtro, ptarmice, & cumino. Atq; hæc quidem singula seorsim, ac simul leuissime trita, admota naribus, sternutamenta mouent. Naribus autem per arundinem, calamum, aut pennam insufflantur. Præstat autem hæc non insufflare, sed pyxidem, in qua hæc continentur, motam naribus admouere: & ægrotantes ut sursum trahant inspirando hortari, aut per specilli mucronem naribus penitusse indere. Sed compositorum sternutatoriorum aliquot paradigmata subiiciemus.

I.

R. Majoranæ,

Nigellæ, } añ drachmas duas.

Caryophyllorum,

Piperis albi,

Zingiberis, } añ drachmam vnam.

Struthij,

Castorij, scrupulum dimidium.

Singulis diligenter tritis, fiat puluis sternutatorius.

II.

R. Nucis moschatæ,

Radicis iridis illyricæ, } añ drachmam vnam.

Carpesiorum,

Pyrethrī, drachmam dimidiām.
Elleborī candidi, scrupulum vnum.
Piperis albi, } añ drachmam vnam.
Radicis acori veri, }
Trita redigantur in puluerem sternutatorium.

III.

¶. Piperis albi, }
Struthij, } añ drachmam vnam & dimidiām.
Nitri, }
Cumini æthiopici, drachmam dimidiām.
Castorij, } añ scrupulum vnum.
Euphorbij, }
Succicyclamini siccī, } añ drachmam vnam.
Elleborialbi,

Contusa, & cibrata, in æream pyxidem ad vsum reç onuntur. Vsus autem tempore pyxis agitata aperitur, & naribus adhibetur.

Vsus.

Sternutatoriorum medicamentorum, idem qui errhinorum vsus. Nisi q̄ sternutatorijs interdum vtimur in excutiendis secundis, & ijs quæ naribus ilapsa sunt.

DE APOPHLEGMATISMIS.

Capit. XXVII.

*Apophlegmatismi.
Masticatoria.
Compositio-
nis materia.
Vsus.*

*Tempus
recedi.*

Aποφλεγματισμός: Græcis sunt medicamenta; quæ retenta in ore, & comanducata per palati emissaria pituitam, & qui in capite coaceruati sunt humores noxios eliciunt. Barbaram sectantes medicinam, Masticatoria nominant. Fiunt ex sinapi, hyssopo, cortice capparis, origano, thymo, pulegiō, vua passa, mastiche, cubebis, radice acori veri, zingibere, pyrethro, pipere, staphide agria, & id genus alijs, præcedentibus capitibus duobus cōmemoratis. Horum sane vsus varius est. Aut enim medicamenta in partes minutæ concisa cōmanducantur, dentibus q̄ confringuntur. Aut trita & contusa aliquo succo, vel liquore, vel melle excipiuntur, & in mansiles pastillos coguntur: & vbi postulat vsus, vnuis præbetur mandendus. Aut medicamenta contusa, fæculo & subtili linteo confecto induntur, & manduntur. Aut ius decoctorum medicamentorum diu in ore continetur. Atq; hic liquidus, vt priores solidi dicí potest apophlegmatismus. Cæterū oportet manducantem deorsum nuere, & ex interuallis, quo congestus humor effluat, hiare. Utendum autem apophlegmatismis matutino tempore, & tum potissimum, quum à reliquis excrementis corpus vacuum est. Adhibentur autē hæc ad omnes capitis vetustos affectus, hebetudinem oculorum, auditus difficultatem, linguæ resolutiones, pustulas q̄ omnes, quæ caput aut faciem occupauerint. Post illorum vsumaqua calida os abluendum erit, aut melicrato, aut ptisanæ succo. Nunc reliquum est, vt formulæ aliquot subiçiamus, e quibus studiosi componendi rationem nullolabore recognoscant.

¶. Piperis albi, drachmam vnam & dimidiām.
Pyrethrī, drachmam vnam.
Hyssopi, } añ drachmam vnam & dimidiām.
Origani, }
Sinapi, drachmas duas.
Zingiberis, drachmam vnam.
Mastiche, drachmam vnam & dimidiām,

Trita

Trita excipientur succo betæ, aut melle, & formentur mansiles pastilli.

II.

Rz. Maceris, drachmam vnam.

Staphidis agricæ, } añ drachmam vnam & dimidiam.
Cubebarum, }

Corticum radicis capparis, scrupulos duos.

Radicis acori veri, } añ drachmam dimidiam.
Nucis moschatæ,

Trita excipientur mastiche, pistillo calido conquassata & subacta, singantur
que pastilli mansiles.

III.

Rz. Carpeliorum, drachmam vnam & dimidiam.

Piperis albi, drachmam vnam.

Vuarum passarum detractis vinaceis, drachmas duas.

Staphidis agricæ, } añ drachmam vnam.
Pyrethri,

Sinapi,

Contusa immittantur in sacculum, qui subinde in ore manducetur.

Magnam & immensam syluam apophlegmatismorum habetis apud Gale-
num lib. 2. de Compos. medic. localium, cap. 26. ita ut non sit necesse pluribus
exemplis uti. Liquidi exemplum in capite de gargarismis reperies.

DE ODORAMENTIS.

Caput XXVIII.

Odoramentorum nomine hoc loco veniunt intelligenda, omnia medica. *Odoramenta.*
menta, tam simplicia quam composita, quæ citra ignis accessionem suo
odore cerebrum alterare, roborare, & item grauem odorem, aut pestilentem
auram corrigerere & depellere possunt. Horum autem varius est usus. Interdum
enim simplicia medicamenta naribus duntaxat admouentur. Verbi gratia, Ni-
gella in acetato macerata, & deinde exiccata, aut per se linteolo tenui aut serico in-
ferta, adhiberi naribus consuevit. Nonnunquam etiam multa simul simplicia
medicamenta permiscuntur. Aliquando ex ipsis linimenta, vnguentaque, aut
pilæ odoratae, Poma nostræ vocant, componuntur. Medicamenta vero quæ ad *Materia odo-*
compositiones odoramentorum adhibentur, sunt, moschus, ambar, nigella, ramentorum.
ocimum, maiorana, garyophylli, styrax, fracte, spica nardi, lauandula, lignum
aloës, ladanum, rosæ, violæ, nymphæa, santali, & id genus alia: quæ singula e for-
mulis iam subjiciendis clarius cognoscent studiosi.

I. Calefaciens.

Rz. Nigellæ tostæ, drachmam vnam & dimidiam.

Carpeliorum, drachmam vnam.

Maceris, scrupulos duos.

Caryophyllorum, scrupulum vnum.

Contusa & trita, diligentur in sericum, ad odorandum.

II. Refrigerans.

Rz. Vnguenti populeon, drachmam vnam.

Oleorum violacei, } añ drachmam vnam & dimidiam.

E papauere,

Mandragoræ, scrupulum dimidium.

Commixtis omnibus, fiat linimentum, quo nares illinantur.

I iiiij

Rz. Olei

III.

R. Olei è spica, drachmas tres & dimidiam,
 Lignialoes, } añ scrupulos tres.
 Maceris, }
 Ambar, grana duo.
 Per mixtis omnibus, fiat linimentum.

III. Calefaciens.

R. Styracis, drachmas tres.
 Caryophyllorum, } añ drachmas duras.
 Cinamomi, }
 Maceris, } añ drachmam vnam.
 Nucis moschatae, }
 Lignialoes, drachmam dimidiam.
 Mastiches, drachmam vnam & dimidiam.
 Moschi, } añ grana tria.
 Ambar, }

Trita & cibrata, liquore stillaticio maioranae, & styrace liquido, quod satis est, excipiuntur, fингantur q̄ pilae odoratae.

V. Refrigerans.

R. Florum nymphæ, }
 Buglossi, } añ drachmam vnam.
 Violarum, }
 Rosarum, }
 Corticis malicitrinij, drachmam vnam & dimidiam.
 Maceris, drachmam vnam.
 Santalorum omnium, añ drachmam vnam & dimidiam.
 Papaueris albi, scrupulum vnum.
 Sempervivi, scrupulos duos.
 Ladani, drachmas duas.
 Ambaris, grana quatuor.

Trita excipiuntur liquore stillaticio lactuce, & styracis liquidi, formentur q̄ pilae odoratae.

In omnibus pilis construendis odoratis, postremum ambar & moschus adiungantur.

DE SVFFIMENTIS.

Caput XXIX.

Suffitus.

Vsus.

SVffitus, suffimentaue, quæ Græcis θυμάτια, hodie facientibus medicinam Suffumigationes dicuntur: sunt medicamenta, quæ incenduntur, aut ignitis carbonibus iniiciuntur. Vsus autem horum incensorum, ad odorem gratum conciliandum. Item ad distillationes ex capite in subiectas partes, grauedines, obstructiones, frigidos alias cerebri affectus, & pestilentiae contagia arcenda. Conferunt etiam asthmaticis, & ijs quibus thorax humorum frigidorum ac crastorū copia refertus est: item suppurationibus, tussi, laterumq̄ doloribus. Sanguinem autem expuentibus suffimenta plurimum aduersantur: quod nimirum horum vsu accidat, vt vasorum ora rursus aperiantur. Parantur triplici potissimum forma, nempe pulueris, pastillorū, & candelierum, vt paulo post plenius dicetur. Cæterum in iam dictis thoracis affectibus, hunc in modum vapor per os estassumendus. Aeger vestibus circunseptus, in sede collocandus est, vt diuunicatis cruribus prona facie ad utrumq̄ genu decumbat: atq̄ tum evaporatio-

rio

riō iñtra crura constituto, emitendum, vt per tubum fistulam ūte sitre arundinem vapor exceptus, patulo ore inspīretur. Componuntur ex eadem ferē materia qua odoramenta, nempe castorio, ladano, calaminta, styrace, thure, mastiche, ligno aloes, salvia, castorio, moscho, ambra, spica nardi, caryophyllis, rosis, myrrha, casia, & id genus alijs, pro affectuum diuersitate: ac trita carbonibus insperguntur: aut styrace liquido, oleo, vel alio liquore excepta, digeruntur in pastillos, aut candelas, quibus usū exigente ad suffiendum utimur. E formulis subiectiōnēs res apertior fiet.

*Componētiā
ratio.*

I. Forma pulueris.

¶. Pastillorum galliae moschatæ, vnciam vnam.

Salvia,

Maioranæ, } añ drachmam vnam & dimidiam.

Rosmarini,

Maceris, drachmam vnam.

Caryophyllorum, } añ drachmam vnam.

Cinamomi,

Foliorum lauri, drachmam dimidiam.

Ligni aloes, scrupulos duos.

Moschi, grana tria.

Terantur singula, & commixtis omnibus, fiat puluis: qui, postulante usū, vnius carbonibus inspergatur.

II. Pastilli specie.

¶. Thuris, drachmas duas.

Cinamomi,

Caryophyllorum, } añ drachmam vnam & dimidiam,

Corticum malii citri, drachmam vnam,

Maceris, } añ scrupulos duos.

Ligni aloes,

Myrræ, } añ drachmam vnam.

Mastiches,

Pastillorum galliae moschatæ, drachmas duas.

Trita styrace liquido excipiuntur, & informentur pastilli pro suffiendo,

III. Candeles.

¶. Ladani, vnciam vnam & dimidiam.

Thymiamatis, vnciam vnam.

Thuris,

Mastiches, } añ drachmam vnam.

Styracis calamitæ, vncias duras.

Caryophyllorum,

Cinamomi, } añ drachmam vnam,

Nucis moschatæ,

Myrræ, drachmam dimidiam,

Corticium malii citri, scrupulos duos.

Carbonum tiliæ, vncias duras.

Aſe dulcis, vnciam vnam.

Cum terebinthina resina, & stillaticio rosarum liquore, quod satis est, fingantur candelæ.

FINIS LIBRI TERTII.